



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè
Obeundum**

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

De Mercatoribus & artificibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

in mortali. Quintò, si scientiis prohibi-
tis studuit, vel eas legit. Sextò, si non ad-
hibuit diligentiam, vt discipuli profice-
rēt in morib⁹ & scientia. Septimò, si iura-
menta vniuersitatis non impleuit. Octa-
uò, de iactantia, de tractione, inuidia a-
liorū professorum. Nonò, si ab illis scho-
lasticos ad se traxit, aut sectas nutriuit.

De scholasticis.

Primò, si non obediunt Magistris, in
quibus tenentur. Secundò, si rixan-
tur inter se. Tertiò, si magistrum mi-
nus aptum elegerint ex causa iniusta.
Quartò, de dimissis iniuriis, missa, sacra-
mentis. Quintò, si contendunt contra
veritatem. Sextò, si superbiunt ex scien-
tia. Septimò, si malum finem intendunt.
Octauò, si negligētes sunt in studio. No-
nò, si nimis intendunt libris turpibus.

De mercatoribus & artificibus.

Primò de cambiis iniustis. Secundò,
de variis vsuræ palliatæ modis, vt si
minoris emit propter anticipatam solu-
tionem, vel plus iusto vendidit, propter
expectationem temporis: vel emit a-
grum cum pacto de retrouendendo mi-
noris mediate iusti pretij, vel certè mi-
noris multo quam iustum sit, ita vt non

*Sciētis
prohibi-
tis stu-
dere.*

*Discipu-
lorū pro-
fect⁹ cu-
randus.*

*Obediē-
tia, Ri-
xæ ele-
ctio.*

*Ieiuno-
rū omis-
sio, ve-
ritatis*

*oppugna-
tio. (bia.)
Super-
Finis.*

*Negligē-
tia.*

*Libri ob-
sceni,
vitandi.*

*Cambiū
Vsura.
Arma
ad infi-
deles*

fit ibi vera emptio & venditio, quæ si esset, iniustus esset, sed non usurarius contractus. Tertiò, si ad infideles ferrum vel arma portarunt, sine licentia Papæ vel cum ea si in præiudicium Christianorum id cecidit, licet tunc in excommunicationem non inciderent.

Quartò, de monopolis, si conueniunt cum aliis ne vendant, nisi aliquo pretio maiori quam sit æquum. Quintò, si mutuuant sperando lucrû ex mutuo. Sextò, si fraudarunt vectigalia, & gabellas iustas. Septimò, si dederunt falsas monetas scienter, vel diminutas pro bonis. Octauò si quis in societate cum aliis non fideliter se habuit, occulta lucra sibi retinens. Nonò si emit res furatas, vel raptas. Decimò, si periuriis & mendaciis usus est vendendo, & cetera. Undecimò, si negotiatur diebus festis sine necessitate, emendo, vendendo, ratio cinia faciendo, nisi ad modicum tempus. Duodecimò, si mediator fuit malorum contractuum. Tertiòdecimò si artem habet cuius opus est tantum ad peccatum, vt idola, tenetur dimittere: si ferè ad peccatû, vt qui taxillos facit vel fucum, istos exhortari oportet, vt dimittant artem, & omnino

*Vecti-
galium
defrau-
dat.*

*Moneta
rum fal-
sitas.*

*Socie-
tas.*

Emptio.

*Periu-
rium &
menda-
cia.*

*Diebus
festis nõ
negoti-
andum.*

Malorum mediator.

omnino
do, nisi ad modicum tempus. Duodecimò, si mediator fuit malorum contractuum. Tertiòdecimò si artem habet cuius opus est tantum ad peccatum, vt idola, tenetur dimittere: si ferè ad peccatû, vt qui taxillos facit vel fucum, istos exhortari oportet, vt dimittant artem, & omnino

Artis opus considerandum.

IN

omnino iniun-
sciunt malè v-
dolo in ment-
non ieiunauit
laborem.

Primò, an
temerè cur-
explorat mor-
sa. Secundò
temerè etiam
dere, aut visita-
tare sententia-
bium rectam.
tiò, si medic-
lum vitæ exp-
lunt quid fac-
aut monent,
marum, cum

Primò, de-
non impletis
Missæ, & con-
Tertiò, de irr-
stri Quartò, c-
liis, de action-
libus à longè
sunt) interro

omnino iniungere, ne vendant iis quos
sciunt malè viros. Quartò decimò de
dolo in mensuris, &c. Quintò decimò si
non ieiunauit, dum posset, moderando
laborem.

De medico.

Primò, ante cognitam ægritudinem
temerè curando, vel dum tentat &
explorat morbum adhibendo periculo-
sa. Secundò post cognitum morbum,
temerè etiam curando, dū negligit stu-
dere, aut visitare, aut consulere, aut mu-
tare sententiam, vocando potius in du-
bium rectam curationem alterius. Ter-
tiò, si medicinam incertam in pericu-
lum vitæ experitur. Quartò, si consu-
lunt quid facere contra salutem animæ,
aut monent, vt aduocent medicos ani-
marum, cum opus est.

De pueris.

Primò, de mendaciis, periuriis, votis
non impletis. Secundò, de omissione
Missæ, & confessionis & communionis.
Tertiò, de irreuerentia Patris, vel Magi-
stri Quartò de verbis turpib⁹, contume-
liis, de actionibus, rixis. Sextò, de carna-
libus à longè (ne discant qui incorrupti
sunt) interrogentur, maximè puellæ.

*Do'us
circa
re
Ier. 17.
Quibus
modis
ante co-
gnitum
morbum
peccet
medi-
cus.
Quibus
post co-
gnitum.
Salus
corporis
anime
saluti
postpo-
nenda.
De car-
nalibus
pueri
caute
interro-
gandi.*